Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ut permitteret eis in illos ingredi. et permisit illos. Exierunt demonia
ab homine et intrauerunt in porcos. et impetu abiit grex per preceps in
stagnum. et suffocatus est. Qd ut uiderunt factum q pascebant fugie
runt. et nuntiauerunt in ciuitate et in uillas. Exierunt autem uidere qd
factum est et uenerunt ad ihm et inuenerunt hominem sedentem aq de
monia exierant uestitum et sana mente ad pedes ihu et timuerunt.
Nuntiauerunt autem illis. et q uidant qm sanus factus est a legione. Et ro
gauerunt illum omis multitudo regionis gerasenorum ut discederet
ab ipis. qa timore magno tenebant. Ipse autem ascendens na
uim reuisus est. Et rogabat illum uir aq demonia exierant. ut cum
eo esset. Dimisit autem eum ihs dicens. Redi domum tuam et narra quanta
fecerit ds. Et abiit puniusa ciuitatem pdicans quanta illi fe
cisset ds. Factum est autem cum redisset ihs excepit illum turba. erant
enim omes expectantes eum. Et ecce uir cui nom iaiir et ipse
princeps synagoge erat. Et cecidit ad pedes ihu rogans eum
ut intraret in domum eius. qr filia unica erat illi fere annorum xii.
et hec moriebatur. Et cum eum iret. a turbis comprimebatur. Et mu
lier quda erat in fluxu sanguinis a annis xii. q in medicos
erogauerat omnem substantiam suam. nec a ullo potuit curari.
Accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti eius. et continuo stetit fluxus
sanguinis eius. Et ait ihs. Qis est q me tetigit. Negantibus autem
omibus dixit petrus et q cum illo erant. Preceptor turbe te comprimunt
et affligunt. et dicis qis me tetigit. Et dixit ihs. Tetigit me aliquis.
Nam ego noui uirtutem de me exisse. Uidens autem mulier qa non
latuit tremens uenit. et procidit ante pedes illius. et ob qam causam
tetigerit eum indicauit coram omi pplo. et qm adm continuo sana
ta sit. At ipse dixit illi. filia fides tua te saluam fecit uade in
pace. Adhuc illo loquente uenit quda ad principem synagoge
dicens ei. Qia mortua est filia tua. noli uexare illum. Ipse autem
audito hoc uerbo respondit patri puelle. Noli timere crede
tantum et salua erit. Et cum uenisset ad domum non permisit intra
re secum qmq; nisi petrum et iacobum et iohm et patrem et matrem
puelle. Flebant autem omes et plangebant illam. At ille dixit.
Nolite timere. non est enim mortua puella sed dormit. Et deride